27

Villæ Ortow pro conventu Miechoviensi resi„
gnatio.

Nos Joannes de Olesnica iudex, Petrus de Bankowice subiudex terræ Cracoviensis gene„rales: significamus quibus expedit universis, præsentibus et futuris præsentium noticiam habituris. Quod ad nostram aliorumque asses„sorum accedens personaliter præsentiam, ho„norabilis vir dominus Niemierza heres de Chrzelow, custos sancti Floriani, et canoni„cus Cracoviensis ecclesiarum, non compul„sus nec seductus, quinimo mente sanus et corpore validus, bonaque deliberatione præ„habita, villam suam dictam Ortow, pleno iu„re et dominio prout et pater suus tenuit cū omnibus et singulis pertinentiis, videlicet; agris, pratis, campis, pascuis, silvis, rubetis, gaiis, mericis, virgultis, fluiis, rivulis, pisci„nis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, tabernis, hortis, domibus, areis, censibus, fru„ctibus, utilitatibus, proventibus, obventionibꝫ universis, quæ nunc sunt, vel in posterum pos„sunt derivari, quibuscunque nominibus aut vocabulis censeantur, pro mille marcis la„torum grossorum Pragensium, monetæ, nu„meri Polonici consueti, honorabili viro do„mino Michaeli præposito, et eius conven„tui Miechoviensi rite et rationabiliter vendidit, ac coram nobis in perpetuum re„signavit, tenendi, vendendi, possidendi com„mutandi, donandi, prout sibi et suo conven„tui melius et utilius videbitur expedire. Promittens, fide iubensque una cum no„

bilibus

Monastica.

bilibus Petro de Marcinowice, Ottone de Cli-
montow et Nicolao de Wierzbica, in eadem,
ab omni impedimento, iuxta consvetudinem ter-
restrem, atque damno. Harum quibus sigilla
nostra appensa sunt testimonio literarum.
Actum et datum in Xiansch, de consensu se-
renissimi principis domini Vladislai Dei gra-
tia regis Poloniae, etc. feria quinta post fe-
stum sanctae Crucis, anno nativitatis Do-
mini, millesimo quadringentesimo duodecimo.
Praesentibus his testibus Nicolao de Szen-
sko, Paschone Gniewomiro de Sandiskow, Sta-
nislao de Laszochow, Jaschone de Raschow,
et Nicolao de Sliadow, aliisque quam pluri-
mis fide dignis.